Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Qui autem tradidit eum dedit illis sig
num dicens. Quem cumq; osculatus fu
ero. ipse est tenete eum. Et confestim
accedens ad ihm dixit. Aue rabbi. Et
osculatus est eum. Dixitq; illi ihc.
Amice ad quod uenisti. Tunc accesse
runt. & manus iniecerunt in ihm. &
tenuerunt eum. Et ecce unus ex his
qui erant cum ihu. extendens manum.
exemit gladium suum. & percutiens ser
uum principis sacerdotu. amputaut
auriculam eius. Tunc ait illi ihc.
Conuerte gladium tuu. in locum suum.
Omnes enim qui acceperint gladium
gladio peribunt. An putas quia non
possum rogare patrem meum. & exhi
bebit mihi modo plusquam xii legi
ones angelorum. Quomodo ergo im
plebuntur scripture. Quia sic oportet